

**CENSURA Rmi. P. M. FR. PAULI YAÑEZ DE AVILES, CISTERCIENSIS**  
*Monachi, Lectoris Theologiae, & Concionatoris Maioris emeriti, Archiepiscopi*  
*Toletanae Synodalis Examinatoris, & Regis nostri Philippi V. atque*  
*Regnorum eius Hispaniarum, & Indiarum Historio-*  
*graphi, &c.*

**E**X mihi censoris munere iniuncto à Catholici Regis nostri Philippi V. Supremo Castellae Senatu per quam avidis oculis perlegi hoc Hergrammaticon Tautologicon sacrum, sive sextum Volumen Repetitionum Vocalium Scripturae sanctae omnimodo sensu declamatarum ab illo maximo inter Hispanos viro, omnigenae eruditionis Emporio, literarum orbis vero Athlante, indefessi laboris, & perennis laudis homine, Reverendissimo, inquam, P. M. Fr. Emmanuele à Villarroel, Benedictini Monachatus Collega, Theologiae Inter laureatos apice Doctoratus signanter insignito, divinarum literarum ab imo, & sursum Interpreti, dictore, ac dictatore summo, quo citharædo citharizante in citharis suis adhuc expendantur, expanduntur, & exponuntur iterata Bibliocorum textuum unisona verba, quae sexta duntur, expanduntur, & exponuntur iterata Bibliocorum textuum unisona verba, quae sexta nunc, nunc voce sonora, aut lingua calamo gyrata in mundi harmoniam, in caeli concentum, in melodiam scripti verbi Dei (cum ultra sex alia non sit musica nota) levantur, ubique resonant, multa significant, plura laudant, omnia complent, & universis auribus experita sexies magis repetita placebunt. Quid ni placeat senarius labor, qui de semel à Deo loquutus, & duobus vel à Prophetis editis, plures, & quidem dulcissimos edidit ille sonos? Quae gemina litera olim loquutus est Deus, nunc stylus hominis multiplici sensu dissolvit: & qui gladius anceps, ex utraque parte acurus, ex antiqui dierum ore procedebat in aures, multiplex iam verbum, & ex omni parte sonorum sexta luce, seu sexto die clarescit in mentes. *Unum autem* (inquit D. Augustinus de Trinit. lib. 4 cap. 4.) *& duo, & tria commendant eundem senarium. Cuius perfectionem nobis sacra Scriptura commendat, in eo maxime, quod Deus sex diebus perfecit opera sua, & sexto die factus est homo ad imaginem Dei.* En itaque novum Hexaemeron omnibus numeris literarijs absolutissimum, ipso suo numero undeliber perfectum. Quod si senarius numerus ad mundi fabricam consonantior, utpotè conitans proportionem dupla, quae Diapason facit omnium consonantiarum consonantissimum, opus hoc veluci *Misna* (senarij primi domum erigit sapientiae, aut gymnasium omniscium, & hoc quod secundo continet omnia scientiam habet vocis. Rectè *Campana* à Pythagora dicitur senarius, quod huius partes iuxta se possit ipsum gignant, quem & summus opifex eligit convenientem sibi, qui nihil deest, nec alienis adminiculis eget, ut hinc Authori nostro congruenter sextum prædicemus: opus: Partes quoque senarium gignentem genitum similem genitori reddunt. Praecipue ex figura Trigona, quam exprimit numerus ipse, etenim basis est ternarius, summus unum, intermedium binarius ut patet: quæ ad fabricam pertinet, & ut à prima, seu priori constat, cum mundialis machina à Tribus Divinis emanavit Personis. Ergo homo, & homo denuo natus est Author noster in eiusdem hocce labore senario, & quidem ad imaginem, & similitudinem Dei, tum perfectientiam hominis naturam, tum naturam hominis elevantis ad gratiam, cum evangelizans evangelizando iterum cunctos parit in Christo, ut iteratis verbis Dei, aut unitionis vocibus perfectus informetur in fide, religione, moribus. In medio Ecclesiae Dei Verbum aperuit os Authoris huius, ut nunc temporis multa ille loquatur nobiscum, quae forsitan non portare, nec audire priores. Per Authoris calamum fatus distillans Ecclesiae labia, à quibus fluit intellectus verborum, quae plicabat auditus: ut ab eius Sponso mereatur audire: *Sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.* Quin & vox ipsa Verbi, quae vox sapientiae est, ut ei afferamus gloriam, & honorem post solum Psalmi 28. verbum de ipsius voce canentem in sena vocum eius meditatione quiescit: *Vox Domini super aquas. Vox Domini in virtute: Vox Domini in magnificentia. Vox Domini constringentis caelos. Vox Domini intercedentis flammam ignis. Vox Domini concutentis desertum. Vox Domini preparantis Cervos, & revelabit condensa, & in Templum eius omnes dicent gloriam. Dominus diluvium inhabitare facit, & sedebit Dominus Rex in aeternum.* Post sextam, seu in texta de Dei vocibus significatione, & laude gratia non sparsum, non divitum pluit, sed Dominus diluvium inhabitare facit. Simul attende vim verbi (ut cum D. Hieronymo loquar) quod non dixerit aquas, sed diluvium, ut abundantiam gratiae spiritualis ostenderet: tanquam in arca Noë Sanctos à fluctibus saeculi huius protegens: & modo inhabitat diluvium in conscientia, per abundantiam Spiritus sancti. Sancti Spiritus videlicet, qui conscientiam habet, & dat vocis de vocibus eius. Sed dices: Numquid Opus hoc sextum extremum? Non, inquam; sed homo cum consummaverit, tunc incipiet, de quo sapè non absque dicitur: *Abyssus abyssum invocavit in voce cataractarum tuarum.*

& iuxta D. Hieronymum hæc invocatio venit: *Cam vel vetus Testamentum novum annunciat, vel novum vetus in testimonium vocat.* Vocat quidem, & invocat alias, & alias sententias pleonasticas hoc sacrorum eloquiorum diluvium, hæc abyssus, & ubi fuit ascendit, ut flet volans, sicut sonans alarum Angelicarum; aut sicut sonus sublimis Dei. *Seraphim stabant sex alas uni, & sex alae alteri. Credo autem, ait melleus noster P. Bernardus, sicut in statione immutabilitatem sic, & in volatu alacritatem promitti, ne videlicet insensibilis quadam, & quasi lapidea stabilitas asstmetur. Sed dices: Et si alas habere necesse est, quare tam multas? Quid sibi vult multiplicitas ista pennarum? Audi quod sequitur: Duabus aliis volabant caput, duabus pedes, & duabus volabant. In quibus verbis videre mihi videor, quod de statione dictum ex volatu manifestius explicari. Quo enim Seraphim volant, nisi in eum cuius ardent amore? Vide flammam quasi volantem, & stantem simul, nec miraberis iam Seraphim stantes volare, stare volantes. Ecce video sextum hoc volumen volans Seraphicis alis, mira statione verba Dei, quae non licet homini loqui, & capiens, & emittens miro volatu in aliorum verborum captum, & sensum progrediens, ut Dei maiestatem intonet pennatus scriptor, ut sanctorum gloriam prædicet, ut bonos mores laudet, pravosque castiget. Stare, & volat Seraphim, qui vel opere pennato sexto amoris divini verba dedit, vocem laudis sanctorum erupit, & cuius etiam verbera verborum amabilem curam sonant, ut aiebat Bernardus.*

Sic sexto à puncto, ut vocant, rotantur musicae voces, & quæ mutationes dicuntur in illo tanquam ab axe vocali harmonico concentu volvuntur; resonat tonus altus, nec fridit, auditur, & imus nec garrit. *Illud est maius* (ut cum Cicerone de clar. Orator. loquar) *quod in vocibus nostrorum Oratorum recinit* (Author noster) *quidem, & sonat urbanus. Quin, & voce summissa cunctorum Poetarum chorum trahit, seu attrahit, ut audiat, id est, ut obediat verbis Dei ad quorum sonitum vel genitica carmina choræ agunt. Emittit Author verbum suum, & liquefacit ea; stat spiritus eius, & fluunt aquae.*

*Mixtis gratia rebus inest,*

*Nec scabra Aonio pendens de pumice circum*

*Cymbala, pleetra, lyra, tympana, sistræ, tubæ.*

Quid autem de linguis loquar balbus ego? Ast cecinit quidam de Benedicto Aria Montano versus, quos de variarum vertionum sona, & sensu à Benedictino nostro perceptis, & productis non longe traducam.

*Hoc Syrus in libro est, Hebraeus, Graecus, & Auson*

*Verus item, sed non teter, & usus Arabs.*

*Quinque homines? Inquis? Mi lectior fallere, nam qui*

*Gratus, is & Latius qui Syrus, ille & Arabs.*

*Hebraeusque idem: nempe hic est Villarroelus,*

*Qui patriâ unus homo, quinque sed ore fuit.*

Igitur homo senus noster Author: verum, verius dicam unus mille; cum sponte sua venerit Anagramma nequaquam mihi vel serio dicenti, tacendum: *M. Emmanuel Villarroel mille nana, auro, melle.* Nihil tandem absolum in hoc Pleonasmorum sanctorum Commentario texto reperio, sed omnia iudico dignissima sexta luce, seu laborum Authoris editione conspicua. Sic sentio, salvo meliori, &c. Matrifi, in hoc S. Annae Monasterio Cisterciensi mense sextili, die 28, anno Christi 1723.

*M. Fr. Paulus Yañez de Avilès.*

**FACULTAS REGIJE CASTELLÆ SENATUS.**

**H**Accine approbatione visa, Regius Castellae Senatus permittit M. Fr. Emmanueli de Villarroel Benedictino Monacho, &c. *Sextum Tomum Tautologiarum, &c.* Typis committere, ut latius patet ex facultate expedita die 11. Septembris, ann. 1723. per D. Balthasarem à Sancto Petro & Azebedo Regiæ Camerae Secretarium.

**MEN-**

APPARA

Pl. 41. 8.

Isa. 6. 2.

P. Bernard. Serm. 4 de Verbis Isaie

P. Bernard. Epist. 281. Abbat. Brunoni de Cantuaria

P. Bernard. Rebus Epigram. 99.

Item qui supra fol. 75.

MENDA.

FOL. 6. lin. 42. domat, pro *domet*. Fol. 49. col. 1. lin. 23. quam, pro *quam*. Fol. 212. col. 1. lin. 22. dederent, pro *perdiscerent*. Fol. 213. col. 2. lin. 38. licet, pro *licit*. Fol. 214. col. 1. lin. 35. elegi, pro *eligi*. Fol. 241. col. 2. lin. 12. fines, pro *finis*. Fol. 273. col. 1. lin. 8. arcibus, pro *artibus*. Fol. 279. col. 1. lin. 57. & 58. Excella, pro *Excellat*. Fol. 347. col. 1. lin. 47. qui, pro *quid*. Fol. 359. lin. 24. repellante, pro *repullante*. Fol. 400. col. 2. lin. 56. multam, pro *multam*. Fol. 455. col. 1. lin. 43. nobus, pro *novus*. Fol. 484. lin. 38. Deis, pro *Dies*. Fol. 520. col. 2. lin. 31. fummus, pro *summus*. Fol. 566. col. 1. lin. 31. Modulatur, pro *Modulatur*. Fol. 583. lin. 3. servilis, pro *servilis*. Fol. 624. col. 1. lin. 48. finis, pro *finis*. Fol. 634. col. 2. lin. 33. acris, pro *acris*.

His mendis exceptis, antiquo, quod originalis vicem gerit, exemplari est conformis Tautologiarum Tomus hic sextus, admodum R. P. M. Fr. Emmanuelis de Villarroel, Benedictini. Martii, quinto idus Ianuarij. Anni Domini millesimi septingentesimi trigesimali septimi.

Lic. D. Manuel Garcia Aleffon.  
C. M. Generalis Corrector.

SUMA DE LA TASSA.

T Assaron los Señores del Consejo à seis maravedis cada pliego de los de este Libro, que son ciento y sesenta, sin principios, ni tablas, como consta de la Certificacion de D. Miguel Fernandez Munilla, Secretario del Rey nuestro Señor, su Escribano de Camara, y de Gobierno mas antiguo del Consejo. En Madrid à 21. de Enero de 1737.

APPARATUS TAUTOLOGIARUM  
TOMI SEXTI.

TAUTOLOGIA PRIMA.

- 3. Reg. 2. v. 43. *Præceptum quod præceperam. In præcepto quod mandavi.* Psalm. 7. 8.
- Præceptum patris sui, quod præceperat eis.* Ierem. 35. 16.
- Præcipiendo præcepimus.* Act. 5. 28.
- Si mandavero & præcepero.* 2. Paralip. 7. 13.
- Traditiones quas tradidit nobis Moyses.* Act. 7. 14.

TAUTOLOGIA SECUNDA.

- 3. Regum 8. v. 13. *Edificans adificavi. Edificabo te, & adificaveris.* Ierem. 31. 4.
- Edificabo eos, & non destruiam.* Ibid. 24. 6. 42. 4.
- In adificationem & non in destructionem.* 2. Cor. 10. 8. 13. 10.
- Converte me & convertar.* Ierem. 31. 18.
- Converte nos Domine ad te, & convertemur.* Thren. 5. 21.
- Aversione averfi.* 3. Reg. 9. 6.
- Seduxisti me Domine, & seductus sum.* Ierem. 20. 7.
- Mutabis eos, & mutabuntur.* Psalm. 101. 27. Hebr. 1. 12.

TAUTOLOGIA TERTIA.

- 3. Reg. 10. v. 10. *Gemmas pretiosas. Thesauri pretiosi.* Eccli. 41. 15.
- Qua aurea, aurea: qua argentea, argentea.* 4. Reg. 25. 15.
- Inaurata auro.* Apocal. 17. 4. 18. 16.
- Pretium quo oppretiatum sum.* Zach. 11. 13. Matth. 27. 9.
- Tepidus es, & nec frigidus, nec calidus.* Apoc. 3. 16.
- Avaritiam malam.* Habac. 2. 9.

TAUTOLOGIA QUARTA.

- 3. Reg. 11. v. 11. *Disruptens scindam. Divisit mare Rubrum in divisiones.* Psalm. 135. 13.

TAUTOLOGIA QUINTA.

- 3. Reg. 22. v. 10. *Prophetæ prophetabant. Verba Prophetarum, qui prophetant.* Ierem. 23. 16. 27. 16.
- Nuncius Domini de nuncijs Domini.* Agg. 1. 13.
- Ministerium in ministrando.* Rom. 12. 7.

*Vocatione vocatus.* 1. Cor. 7. 20. Ephes. 4. 1.

*Vocavit vocatione sua sancta.* 2. Tim. 1. 9.

*Vocem quam audivi, sicut citbarodorum citbarizantium in citbaris suis.* Apoc. 14. 2.

TAUTOLOGIA SEXTA.

- 4. Reg. 1. v. 2. *De infirmitate mea hac. Agrotabat infirmitate.* 4. Reg. 13. 14.
- Sana me Domine, & sanabor.* Ierem. 17. 14.
- Obducam sanitatem & curabo.* Ibid. 33. 6.
- Recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis.* 4. Reg. 5. 10.
- Discessit ab eo lepra, & mundatus est.* Marc. 1. 42.
- Nec curata medicamine.* Isai. 1. 6.
- Cuius rubigo in illa est, & rubigo eius non exivit de ea.* Ezech. 24. 6.
- Ventilatores ventilabunt.* Ierem. 51. 2.
- Scopabo eam in scopis terens.* Isai. 14. 23.

TAUTOLOGIA SEPTIMA.

- 4. Reg. 18. v. 36. *Tacuit populus, & non respondit quicquam. Siluerunt & non responderunt verbum.* Isai. 36. 21.
- Tacui semper, filii.* Ibid. 42. 14.
- Obmutui, & non aperui os meum.* Psalm. 38. 10.
- Obmutescet & non aperiet os suum.* Isai. 53. 7.
- Silens conticesces.* Ierem. 48. 2.
- Tace obmutescet.* Marc. 4. 39.
- Eris tacens & non poteris loqui.* Luc. 1. 20.
- Tacuerunt, & nemini dixerunt.* Ibid. 9. 36.
- Mutum non posse loqui.* Baruch. 6. 40.
- Lapidi tacenti.* Habac. 2. 19.

TAUTOLOGIA OCTAVA.

- 1. Eldr. 4. v. 7. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro: & 1. Mach. 8. 22. Prædica prædicationem.* Ion. 3. 2.
- Evangelium evangelizavit.* 2. Cor. 11. 7. Galat. 1. 11.
- Qui docet in doctrina, & exhortatur in exhortando.* Rom. 12. 7.
- Semina semen tuum.* Eccli. 11. 6.
- Exijt qui seminat, seminare.* Matth. 13. 3. Luc. 8. 5.
- Exijt seminans ad seminandum.* Marc. 4. 3.
- Arabit arans.* Isai. 28. 24.

# Apparatus Tautologiarum

## TAUTOLOGIA NONA.

- Tob. 5. v. 12. In tenebris sedeo, & lumen caeli non video.*  
*Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce.*  
*Iob. 12. 25.*  
*In tenebris, & non est lumen ei.* Iſai. 50. 10.  
*Adduxit in tenebras, & non in lucem.* Thren. 3. 2.  
*Tenebrae & non lux.* Amos. 5. 18. 20.  
*Misit tenebras, & obscuravit.* Pfalm. 104. 28. 103. 20.  
*Tenebris obscuratum.* Ephes. 4. 18.  
*Nox praefecit, dies autem appropinquavit.* Rom. 13. 12.

## TAUTOLOGIA DECIMA.

- Iudith. 5. v. 24. Tradens tradet illos.*  
*Tradendo tradetur.* Ierem. 38. 2.

*Comprehensione capieris.* Ibid. 34. 3.  
*Disipatione dissipabitur: conſractione conſringetur: contritione conteretur.* Iſai. 24. 3. 19. *commotione commovebitur: agitatione agitabitur.* Ibid.  
*Deſolatione deſolata.* Ierem. 12. 11.  
*Fornicans fornicabitur: fornicatione fornicati.* Oſc. 1. 2. 2. 18.  
*Suffoſione ſuffodietur.* 51. 58.

## TAUTOLOGIA UNDECIMA.

- Iudith. 13. v. 28. In contemptu ſuperbia ſua Deum Iſrael contempſit.*  
*Spreviſſent contemneret.* Ezech. 20. 27.  
*Subſannaverunt me ſubſannatione.* Pfalm. 34. 16.  
*Subſannationem, & deriſum.* Pfalm. 43. 14.  
*Opprobria exprobrantium.* Pfal. 68. 10.  
*Impropria impropertantium.* Rom. 15. 3.

# PARATITLA DIDASCALIARUM TOMI SEXTI.

## TAUTOLOGIA PRIMA.

*Præceptum quod præceperam.* Fol. 1.

### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

**DIDASC. 1.** *Honrendum eſt incidere in manu Dei vicenſi.* Fol. 36.

**DIDASC. 2.** *Anima in corporis morte patitur, quicquid conſcientie reſentat timor.* F. 42.

**DIDASC. 3.** *Quod diſcretionis iudicium, eſt ſceminarum præceptum.* Fol. 48.

**DIDASC. 4.** *Errantis corrigatur animus, modò imperij interſi modus.* Fol. 55.

**DIDASC. 5.** *Sacra Euchariftia rapit hominum corda.* Fol. 61.

**DIDASC. 6.** *Nulla iudicij iura; ubi inſittia à iudice uulnerata.* Fol. 69.

## TAUTOLOGIA SECUNDA.

*Ædificans ædificavi domum.* Fol. 75.

### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

**DIDASC. 1.** *Nulla res conſummata, dum inel-pit.* Fol. 100.

**DIDASC. 2.** *Perperam eligitur, quò voluntas non ratio ſuffragatur.* Fol. 105.

### AUCTORITATIS PERIPHRAſIS.

- 1. Præceptum quod præceperam.** Voces geminantur ad obſervantiam pleniffimam. Conſtat præceptum entitate, modo & fine: diciturque præceptum præceptum; ut formidetur Dei ex diſcuſſione iudicium: igitur non rectum tantum, ſi obſervatur, quod præcipitur; dummodò in ipſa obſervantia intentione depravetur.
- 2. Præceptum quod præceperam.** Vulnus divina legis eſt audacia tranſgreſſionis: diciturque præceptum quæ lex à Domino; ut conſtet quid ſine Domino præcipitur à peccato, quod quidem ex legis vulnere tranſit in vulnus conſcientiæ: ſiquidem quamprimùm præceptum frangitur; à percuſſa conſcientia timor præcipitur.
- 3. Præceptum quod præceperam, & iudicio præceperam.** Quid ex iudicio præceptum? Quod non problium, obſervatis vitijſ ut præceptis: iungiturque iudicium & præceptum; ut clareat delirium ex prolubijs ſceminarum: igitur illarum in obſervantia obſervatio; præceptum ſine iudicio.
- 4. Præceptum quod præceperam.** Conſtat auctoritas præcipientis ex præcepto; cæterum ſine obedientia, ubi non præcipit ratio: præceptumque præcipitur quali non præciperetur; quippè præceptum abſque ulla præcipientis auctoritate, quum auctoritate firmat, quod debet fieri ratione.
- 5. Præcepto præceperam.** Quis præcipiens in præcepto nil ordinat? Mundus quum ſuis præceptis delirat: equidem propter cælum voluntatiæ ſordis ad eius voces, ligatis tenore legis, præcipiendo non præcipit: quippè quod eſt delirium, non eſt præceptum.
- 6. Præcepto præceperam.** Inducatur, eſſe poſſe præcepta ſine præcepto. Proculdubio, modò iudex præcipiat extra legem, iuris excludens affecta, vel prolubio directionem: quandoquidem in decretis nulla præcipiendo præcepta, ubi præceptis iugulatur iuſtitia.

## TAUTOLOGIA SECUNDA.

*Ædificans ædificavi domum.* Fol. 75.

### AUCTORITATIS PERIPHRAſIS.

- 1. Ædificans ædificavi.** Aliter, quomodò? Elucet ſpeciali ædificio: igitur ſi cordis pravitas evellenda, & virtus prudenter ædificanda; tota machina, ſi inel modus, deſtructione ædificatur: ſi abelſt modus, ædificando deſtruitur.
- 2. Ædificatione ædificans ædificavi.** Quis enim dum fabricam formatur, ædificatione non edifi-

Paratitla Didascaliarum.

cat? Qui construit fastigium electionis ex suffragio voluntatis: adificationeque & apprime edificatur, ubi structum à meritis, à fastidio non destruitur.

- 3. Adificatione edificavi: Igitur sæpe unus destruit, & alius destruit: ne moles perveniat in fastigium. Quis ergo? Gratia in electione & odium: etenim iuxta affectiones cordium & desideria, destruant & construant suffragia.
4. Edificans adificatione edificavi. Non edificatur adificatione, si gratia applicatur exaltationi: destruit enim toto favore adificium; quippe ad honorem non habet meritorum fundamentum.
5. Edificans edificavi. Duplex adificatio, Voce nimirum & Verbo. Verbum enim Divinum in expressionem charitativam Vocis Ioannis; quia nulla vox aprior ad demonstrandam excellentiam Verbi Numinis.
6. Adificatione edificans edificavi. Cur tanta in geminatione? Laboris formæ lapidum indicatur necessitas, ut locum in serulalem ecclesii, quæ edificatur ut civitas: meditanturque. Edificari adificatione geminatur, ne in vanum ad edificium ab animo laboretur: equidem plerique volunt edificari, sed sine adificatione.

DIDASC. 3. Regimen Amoris & odij sine regimine. Fol. 110.

DIDASC. 4. Si animus odiosus invidiosus, amor in electione magis odiosus. Fol. 117.

DIDASC. 5. Ioannes Baptista singularis, vel in conditione hominis. Fol. 122.

DIDASC. 6. Ubi infelix felicitas, felix adversitas. Fol. 128.

TAUTOLOGIA TERTIA.

Gemmas pretiosas. Fol. 135.

AUCTORITATIS PERIPHASIS.

- 1. Gemmas pretiosas. Patet, quàm pulchra conversione Gentilitas: igitur quæ propter idola vilis specie divinitatis, ac ignominia adorationis despecta; cognito Salvatore apparuit gemma pretiosa.
2. Gemmas pretiosas. Gemma viri mulier est, erga quam apponit cor; verum sæpe fallitur, dum magis illa diligitur: igitur apparet vitrea, quæ servabatur uti gemma pretiosa.
3. Gemmas pretiosas. Possunt esse gemmæ sine pretio? Utique si Monachus frigeat in instituto: & non tantum textus sacer signat gemmas, sed pretiosas quippe vita Monachorum, si non pretiosa, non gemma.
4. Gemmas pretiosas, singulares lapillos. Singulares: Utique, in hieroglyphica honoris. Splendor gemmæ conditio: gravitas lapidi sine pretio: exponiturque gemma ad honorem, & gravamen: ut ambitiosus cognoscat uti gravamè honorem: equidem munere expectans gemmarum decus invenit, ut prematur, lapidum pondus.
5. Gemmas pretiosas, singulares lapillos. Lapidus occurrit in offendiculum: gemmæ in præstantissimum pretium: dicunturque singulares, propter miracula penitentia virtutis: igitur quæ animæ delinquenti offendicula, fulgent cum penitentia gemma pretiosa.
6. Gemmas pretiosas, singulares. Proprio amore quod pretiosum, singularitate amittit pretium: equidem cum sibi placeat, etsi cunctis displiceat: cunctis scoria, quod philauto videtur pretiosa gemma.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Gentilitas ut filia agnita, ex quo illi in Christo divinitas manifesta. Fol. 159.

DIDASC. 2. Muller, si mala, pessima. Fol. 166.

DIDASC. 3. Monachus eo spectabilior, si quod dicitur melior. Fol. 171.

DIDASC. 4. Honoris decus gravissimum onus. Fol. 177.

DIDASC. 5. Penitentia criminis est lapis philosophalis. Fol. 184.

DIDASC. 6. Amor cordis dearsata pestis. Fol. 189.

Paratitla Didascaliarum.

TAUTOLOGIA QUARTA.

Disrumpens scindam regnum tuum. Fol. 194.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

- 1. Disrumpens scindam, dicitur in Salomonem, qui fervide religionem suscepit, quam perisse declinavit. Qui Religioni accedens ut inutilis cognoscitur; sine disrptione scinditur: removeretur enim antequam noceret, ac per damnum innotescat: etenim satius, quod relinquatur ob fraudem; quàm quod relinquitur deinde, in dedecus Religionem.
2. Disrumpens scindam regnum tuum. Pœna vehementior principibus non est: & ut explicet doloris gravissimam pœnam, meditatò exprimit remotionem ut scissuram: igitur desperatione rampuntur, qui quæ ab usu dominandi remouentur.
3. Disrumpens scindam. Salomon dicit Dominus agens de successione principatus. Disruptio est possidentis, scissura consummatio muneris: & quod idem videtur in verbis, sensu non idem; quia ubi de successore dignitatis cogitatem; antequam Superiores scindantur, disrumpuntur.
4. Disrumpens scindam. Sine nota scissuræ potestate Dominici Silensis rumpebantur Mahometani. Modo & instrumeto fulgurabant miracula, ut undique viderentur mirabiliora: quandoquidem in insignis portentum, ligno frangebatur ferrum, quasi esset lignum.
5. Disrumpens scindam. Dei notatur presentia, ut citius arceantur criminas atque ex presentia eius constet miracula: equidem quæ in corde oscitantia congerit, sine scissura disrumpit.
6. Disrumpens scindam. Gloria clarificat Martyrum, dum à tyrannis viis superant tormentorum, vulneratis victoribus, atque victoribus vicis: etenim disrumpit vulnere non vulnerantur; quo tyranni sine scissura rumpuntur.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. Haud Religioni Monastica suscipiendi, qui tantum oneri. Fol. 209.
DIDASC. 2. Amissio dignitatis plena doloris. Fol. 214.
DIDASC. 3. Exitus dignitatis plenus formidinis. Fol. 218.
DIDASC. 4. Dominici Silensis miracula, rara ac singularia portenta. Fol. 224.
DIDASC. 5. Dei presentia anima quàm necessaria! Fol. 232.
DIDASC. 6. Martyrum inclita virtus, atque fortissimum pectus. Fol. 238.

TAUTOLOGIA QUINTA.

Universæ propheta prophetabant. Fol. 244.

AUCTORITATIS PERIPHRASES.

- 1. Propheta prophetabant. Vocati fuerunt in manus prophetarum: ut actione & exercitio comprobarent ministerium. Officij materia, sine actione est sine forma: & in prophetarum munere, in re dicitur, quod prophetabant prophetæ; quia persillabant actione in opere ad quod vocati.
2. Propheta prophetabant. Phrasæ signatur & nobile ministerium, & confirmationem etiam miraculorum. Eluxit in Magno Gregorio sine munere ac cum munere huiusmodi magnitudo, dum claruit prodigium multis, & spectaculum orbis: igitur assumptus in dignitatem mirabiliora patravit; quia in despectu dignitatis se mirabilem ostendit.
3. Propheta prophetabant. Continuationem ministerij verba signant. Per modum transitus datur huiusmodi gratia: & in prophetis proponitur mira; eò quod in actione transeuntis, esset modus permanentis.
4. Propheta prophetabant. Cantores cantabant. Est officium sine munere: Profectio nisi qui cantat, canter corde: igitur caelo musica non est, modò in voce canentis duntaxat audiat vox.
5. Propheta prophetabant. Signatur munus & opus, ut opere pateat munus. Videtur evanidis, accipientibus officium, officium accepisse, & nequaquam ministerium: & officium ministerium dicitur; ut officium utentis, uti officium cognoscat: etenim si ministrando comprobatur ministerium: sine officij servitute non est officium.
6. Propheta prophetabant. Huiusmodi clausulâ taxatur legisperitorum voluntaria legibus expressis glossa. Hi prophetæ dicuntur deliri, quippe afflicti a demone. Advocati, dum prophetant, non prophetant, sed delirant: siquidem quod dicere debent lege, dicunt furore.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

- DIDASC. 1. In Monachis obliuio vocatio nis, origo frigiditatis. Fol. 268.
DIDASC. 2. Gregorius in magnis Magnus, & in minoribus. Fol. 274.
DIDASC. 3. Virgo Theresia volando requievit. Fol. 281.
DIDASC. 4. Nulla in oratione oratio, si deuiat cordis intentio. Fol. 287.
DIDASC. 5. Principis ministerium prompta expeditio causarum. Fol. 292.
DIDASC. 6. Mala causa mali patroni. Fol. 299.

## Paratitla Didascaliarum.

### TAUTOLOGIA SEXTA.

*Utrum vivere quom de infirmitate mea hac.* Fol. 305.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *De infirmitate mea hac.* Si hanc dicit, aliam supponit. Sanè, Erat alia & gravior infirmitas ab origine, ex qua fauci generis infirmitates, atque traducti à radice languores. Erat infirmitas ex capitis conditione, ac proprio capite: diciturque de hac, cum lapsus ex illa sit; quoniam ad illam efficax alexipharmacum, duntaxat per crucis lignum.
2. *De infirmitate mea hac:* dicit Princeps in aula iacens. In aula proculdubio alia est: dicitur de mea & hac; quippe ambitionis infirmitas, dulce lethale venenum est cunctorum aulicorum.
3. *De infirmitate mea hac.* Quenam ergo, si non hæc? Cordis dilectio, qua infirmum validum, & futile solidum: virgoque in Martyrio dicit, *de infirmitate mea hac*, ut triumphus gloriosior sit: igitur valide tyrannorum frangit potentias ipsa virginis fragilitas.
4. *De infirmitate mea hac.* Rex qui hancine sustinet, aliam cognoscit. Profecto, & graviore animo, quæ grassatur in aula, ex veritatis absentia: equidem est levior, quia occultus languor; excedit gravissimam ægritudinem, nolle in palatio recipere veritatem.
5. *De infirmitate mea hac,* quæ corporis, de qua doleo, quia animæ infirmitas accesserit pœnitendo. Ab atheris non fit passio; unde non pœnitet cor: infirmitate labat corpus: duntaxat molestatur hæc: igitur est gravius vulnere animæ criminum frequentatione; minime dolet de vulnere consuetudine peccati.
6. *De infirmitate mea hac;* dicit Petrus Nolascus. Quenam hæc? Magna sanè ex cordis vulnere. Saucius erat charitate; hancque in corporis infirmitate infirmitatem signat; quippequam in languore tantum amore languebat.

### TAUTOLOGIA SEPTIMA.

*Tacuit populus & non respondit quisquam.* Fol. 356.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Tacuit populus & non respondit quisquam.* Rex ita imperaverat, sicut legatis misisset; ut Rabfacem audirent, & nequicquam responderent. Ipsi tacerunt & non responderunt, ad conversationem exeuntes; in quo norma datur Monachis, ut observetur Religionis forma, exeuntibus ex præcepto extra Monasterij septa: igitur extra claustra, ut deceat Monachum cum secularibus, citra & ultra ministerium, neque verbum.
2. *Tacuit populus, & non respondit;* quia sic prudentia Regis præcepit, ut Dei fervore honor, ac sine fomite infani cerebri coerceretur furor: equidem diceret, furentem & blasphemum in audaciora irritaret.
3. *Tacuit populus & non respondit quisquam.* Quid, nec quicquam respondit; si omnino tacuit? Virtutis periculum indicatur, quom silentium post silentium proponitur; igitur ita delicatula virtutis condicio, ut dicatur ni lateat, etiam silentio.
4. *Tacuit. Siluerunt & non responderunt verbum. Mutierunt cessantes loqui.* Si tunc muri facti, aliquid pridem locuti. Quomodo aluerunt, & audita blasphemia, qua vulnerata iustitia? Speculum parent iudicium, vociferantium ad fractionem legum, potiusque studiosè ex manibus motorum: etenim cum adimant loquendi libertatem, ac in leges constituunt diversam legem; quantumvis scelera moveant animam, ad crimina neque verbum.
5. *Tacuit. Siluerunt & non responderunt verbum.* Quorsum ergo in responso nullum verbum, si tacuisse pridem dictum? Virtus scientij exprimitur contra garrulitatem, hominum virulentissimam pestem: quæ quidem ita procax ac peticax; ut labijs perverissimè dolosis, loquax & loquax inveniatur sine verbis.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Lignum vite salutis agris, efficae remedium mortis.* Fol. 323.

DIDASC. 2. *Ambitio nunquam quita.* Fol. 327.

DIDASC. 3. *Ecclesie floribus nec rose neque lilia defunt.* Fol. 332.

DIDASC. 4. *Veritas exulat ab aula.* Fol. 338.

DIDASC. 5. *Gravior morbus, in criminibus relapsus.* Fol. 342.

DIDASC. 6. *Charitatis summitas Niljeh charitatis.* Fol. 348.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *Monachi celum cæli, atque libertas sine libertate clausura.* Fol. 377.

DIDASC. 2. *In correctione valet modus, sed prævalet tempus.* Fol. 382.

DIDASC. 3. *Virtus tunc fulget, si stat.* Fol. 387.

DIDASC. 4. *Munus Præsidis commendabile sine munere.* Fol. 393.

DIDASC. 5. *Mala progenies ostentat, curiositas & garrulitas.* Fol. 399.

## Paratitla Didascaliarum.

6. *Siluerunt, & non responderunt verbum.* Aliquod profectò responsum in silentio. Utitur in gratijs Mater-virgo: quæ quidem favens hominibus silet, verum favore respondet.

### TAUTOLOGIA OCTAVA.

*Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Fol. 411.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* In lite non mirum, quod aliter legeretur, dum affectio instrumenta interpretatur: etenim caudicis avaritia allecti, minime iuxta sensum exponunt leges, sed iuxta affectus, aut non affectus lectiones.
2. *Epistola accusationis scripta erat Syriacè, &c.* Epistola accusationis vitiorum est doctrina prædicantium: diciturque lecta, ut erat scripta; ut exciterent in pœnitentiam corda: igitur Scripturam aliter legi, quam scribi; non est vitia aculeare, sed mulcere.
3. *Epistola accusationis, &c.* Syre scribitur & Syre legitur accusatio, ut proficua sit peccatorum confessio: siquidem à pœnitente ore legi debent peccata, præter scripta cognoscuntur in conscientia.
4. *Epistola erat scripta Syriacè, &c.* Nobilitatis signum est scriptum privilegium, quo exponitur genus inclytum. Lectio pendet à fuga criminum, inscriptio à virtute prædecessorum: nobilitateque summe dedecoratur, si in actionibus non legitur, ut scribitur.
5. *Epistola scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Aliter in perfidia, dum videtur animorum concordia: igitur per proditionis insidiosæ crimen; eximia necessitudo definit in accusationem; quoniam quæ videtur amicitia in ore legitur, verum aliter scribitur, ut non videatur.
6. *Scripta erat Syriacè, & legebatur sermone Syro.* Nolunt accipere huiusmodi documenta, qui ad mortem falluntur in vitas quasi aliter in iudicio esset legendum, quam in vita esset scriptum.

### TAUTOLOGIA NONA.

*In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Fol. 466.

#### AUCTORITATIS PERIPHRAISIS.

1. *Querebatur homo in Tobia cæco, interrogatus de gaudio. Quale gaudium (dixit) mihi, qui in tenebris sedeo, & cæli lumen non video?* Quiescant querelæ, dum appareat Verbum Divinum in carne: igitur si patitur cæcitatem, quippe in cælo cæli lumen; iam in tenebris non sedet, qui in terra lumen cæli cum gaudio videt, superato a modo, etiam amoris excessu.
2. *In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Si cæli lumen in terra, unde corda fugiant gaudia? Haud pendet carentia à luce; sed à peccatorum innotita cæcitate: etenim lumen cæli oriens rursum non videt; qui inter criminum tenebras cæcè sine motu sedet.
3. *In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Si idem omnino, quare regerit, quod lumen cæli non videat, & quod in tenebris sedeat? Oprat in luce simul ac tenebris, videre nativitatem Salvatoris; quandoquidem ubi in tenebris, cæli luminis claritas; hominis prorsum cæci summa felicitas.
4. *In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* Nihil mirum, quod cæli lumine careat, cum in tenebris infelicitèr sedeat. Quidam de eodem ipso geminatur questus? Ut rursum felicitas, qua donatus Benedictus: etenim si in mundo tenebræ vitæ, extra mundum lumen cæli; in tenebris vitæ sedens, cæli lumen clarè vidit, quippequam in mundo, extra mundum habitavit.
5. *In tenebris sedeo, & lumen cæli non video.* En ægritudo senis, sed ridicula affectio: etenim cum præ cæcitate in tenebris sedeat, & in tenebris nil videat; arbitratur in dilecto non tam videre lumen, quam caelestem splendorem.

DIDASC. 6. *Virgo Maria singularis spes nostra.* Fol. 405.

DIDASC. 1. *In iure rabularum glossata; legum perniciose vulnera.* Fol. 431.

DIDASC. 2. *In Prædicatoris vita, amica opera & verba.* Fol. 437.

DIDASC. 3. *Ore confessio fit ad salutem.* Fol. 443.

DIDASC. 4. *Splendor virtutis nobilitas insignis nobilitatis.* Fol. 448.

DIDASC. 5. *In amicitia nomen iuane fides.* Fol. 453.

DIDASC. 6. *Sicut vita, mors est ita.* Fol. 460.

#### DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. *In Verbi incarnatione hominè mirabilis fructus, & in Virgine modus.* Fol. 486.

DIDASC. 2. *Quarentem lumen, nimis oportet prævenire Solem.* Fol. 492.

DIDASC. 3. *Cbristus nascitur mundi salus; terra gaudium, atque letitia caelorum.* Fol. 496.

DIDASC. 4. *S. Benedicèi vita, vita Angelica.* Fol. 501.

DIDASC. 5. *Cæca affectiones voluntatis, lethalia vulnera mentis.* Fol. 509.

6. In tenebris sedeo, & lumen caeli non video. Quod idem est in oculorum sensationis privatione; usufruunt diversimodò affectionis cæcitate: igitur ita propendit in dilecta, & averfatur non propria; ut in lumine coelestes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernant.

TAUTOLOGIA DECIMA.

Tradens tradet illos: Deus. Fol. 523.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. Tradens tradet illos. Deus in iugulum, dicit Achior, si fuerit modò peccatum. Locat profectò gladio penas, si intervenierit iniquitas: etiam gratia fomit penas; quandoquidem offendentium maiora vulnera à gratia.
2. Tradens tradet illos in dolorem ex dolore: sicine in luxuria latent insidia: etenim quos semel impulit; non dolore, sed blandimiae in mortis dolore tradit.
3. Tradens tradet illos. Saepe pena medicina: & ubi peccatoribus à caelo infligitur pœna; non traduntur, ut tradantur; sed ut curentur.
4. Tradens tradet illos. Dolor fugiendus & doloris periculum. Perperari qui quærit fugit, quin possit iure queri de quo doler; quoniam ubi cautè non removetur occasio, in dolores dolens trahitur à semetipso.
5. Tradens tradet illos. Amor Christi uti eximius exponitur, dum morti traditur: etenim eximia in amore fides, ubi se tradidit, ne traderentur homines.
6. Tradens tradet illos. Tormentum videtur, quod homo patitur: fallit domo, cum dulcis amaritudo: & dum traditur pœna, nullatenis tractu traditur ad pœnam; igitur æternum pondus operatur in gloriam.

TAUTOLOGIA UNDECIMA.

In contemptu superbia sua Deum Israël contempfit. Fol. 579.

AUCTORITATIS PERIPHERASIS.

1. In contemptu superbia sua contempfit: verum contempfit non valuit. Initit certamen, sed in vincens pudorem: igitur amiffa à victore victoria; virtute iacuit vulnerata superbia.
2. In contemptu superbia contempfit. Aliquid planè sine contemptu contemnitur, ubi in contemptu contempfit etiam signatur. Utrique, obijcitur iustitia falsa & superbia, simulque charitas integerrima iustitia: equidem correptione delinquentis peccatum plectitur; verum flamma charitatis designatione servatur.
3. In contemptu superbia contempfit. Si superbia, gloria; ex mundi contemptu gloriosa superbia; igitur anima exaltatur, quum mendaci fastus opprimitur.
4. In contemptu superbia Deum contempfit diabolus, inhonoratà Deitate; sed iniuria vindicatur ab homine: etenim Bernardus in superbia contemptum humiliavit, qui contemptu superbiae Numen contempfit.
5. In contemptu superbia. Sine superbia est contemptus, ubi sibi, qui excessus, videtur nullus: siquidem si superbia ex gloria visas; maxima profectò gloria, si contemnitur superbia.
6. In contemptu superbia Deum Israël contempfit. Obijcitur clades peccatoris oblatini, etiam vulnerum vexatione, qua Deus medicus per dolorem, illum conatur revocare in sanitatem. Doloribus vocat, sed nec sic revocat; quo peccator sine pœna relinquitur, ut in pœnam relinquitur: igitur Deus medicus, quia illufus, non dignatur faucibus vifitare ut medicus, imò contemtus relinquit; quia agratus lethaliter illum superbè contempfit.

DIDASC. 6. Affectionis amor, non amor, sed furor. Fol. 516.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Gratia in hostile pectus minima gratia, sed vulnus. Fol. 541.

DIDASC. 2. Comes voluptatis dolor. Fol. 547.

DIDASC. 3. Quos caelum vulnerat, vulnerando sanat. Fol. 553.

DIDASC. 4. Venerem fugabis, si Venerem fugas. Fol. 559.

DIDASC. 5. Triumphus Christi ante pugnam, & victoriam. Fol. 565.

DIDASC. 6. Sub specie doloris, felicitas beatitudinis. Fol. 573.

DIDASCALIARUM SYNOPSIS.

DIDASC. 1. Triumphus virginum martyrum ex victoria tyrannorum. Fol. 593.


DIDASC. 2. Prudente summitas, ubi incorreptione delinquentis latet charitas. Fol. 600.

DIDASC. 3. Quæ mundo spectabilia, spectanti virulenta. Fol. 607.

DIDASC. 4. Sensus Bernardi superiorem sensus. Fol. 613.

DIDASC. 5. S. Franciscus, quia minus, maximus. Fol. 625.

DIDASC. 6. Pessimum signum, peccare, & impunè exire. Fol. 631.



TAUTOLOGIA PRIMA.

PRÆCEPTUM, QUOD PRÆCEPERAM.

3. Reg. 2. v. 43.

EXPOSITIO LITERÆ.



NONNUNQUAM sequitur vindicta à tergo, ut vel proprijs consilijs in sua fata raant. Possunt aliquando fortuna comite esse inter discrimina liberi, sed nunquam tuti. Ac si tuti, non securi.

Ideo (inquit Seneca, Epist. 97.) non prodest latere peccantibus; quia latendi etiam si felicitatem habent, fiduciam non habent. Ita est: tuta scelera esse possunt, secuta non possunt: prima & maxima peccantium est pœna, peccasse atque ullum scellus, licet illud fortuna exornet muneribus suis, licet tueatur ac vinatet, impunitum est; quoniam sceleris in scelere supplicium est. Hec & alia secunda pœna premunt: timere semper & expavescere, & securitati diffidere. Hoc incuit à Salomone adducitur in urbem impius & procaz Semei, qui habitabat in Baharim, indulgentia Davidis, est reus mortis, propter opprobria illi fugienti filium, obiecta (quæ dicitur Malechiv pessima, 3. Reg. 2. 8. & à Chald. & Hebr. Malechiv amara & dolorosa: ita observat Hieronym. hic in tradition.) aggravato crimine maiestatis læsæ; & quia læsus innocens, & vilis nocens, persequens percutum, fingensque, ut plus punctus doleret, opprobrium. Quæritur vel nocens ita læsus, in Ibm. à v. 7.

Unus (hoc ipsum est iniuria magna) perennem Candoris titulum non sinit esse mei. Vulneraque immittis requiem querentia vexat. Iactat & in toto crimina nostra foro.

Nititur ut profuge desint alimenta senectæ: Heu, quantò est nostris dignior ille malis!

Siccine, pro vita indulta mortis pœna, Salomoni commendaverat David: quod quidem solvitur antilogia, 2. Reg. 19. 23. ubi à Rege Semei dicitur: Non morieris: & hic v. 9. Deduces canos eius cum sanguine ad inferos. Si ampliora desiderantur, consulendus Abulens, loc. cit. 2. Reg. quæst. 26. Lyan. Caietan. & Sanctius, num. 1. t. Occurrit gravissimum superioribus documentum, ut munda sit à nota ultionis conscientia, maxime in iniuria privata, simulque publica scelera ne maneat in exemplum sine vindicta.

Si David fecisset, quod filio iamiam moriturus commendavit; hand criticorum fugeret notam, quasi occasiones quæreret in vindictam; dareturque dedecori, vel in regio cul-

Tutam pœnam esse precatum, sed non securum Senec.

Ovid.

Politica agendi ratio aliquando necessaria in plectenda crimina.